Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

cuius sanctitate fidelium populis est sanctificandus.
eterna vita remunerandus. perhenni gloria
beatificandus. ¶ Deinde gloriosa dei
genitrix perpetua virgo maria. summis
laudibus a nobis extollatur. per quam perdi
tus mundus ad vitam restauratur. que
regina celorum cunctis angelis est honora
bilis. domina mundi omnibus sanctis venera
bilis. Huic hodie dulci armonia iubi
lemus. per quam cum sit porta vite. ad vi
tam perpetuam ingressum habemus. ¶
Post hoc sunt a nobis glorificanda beatorum
spirituum agmina novena miranda. in
quibus expressum est signaculum dei similitu
dinis. quique feliciter perfruuntur clari
tate summe beatitudinis. Hii digni sunt
semper faciem patris cernere. et quia sol
et luna mirantur eius pulchritudinem
iugiter desiderant in eum prospicere.
Ex quibus tres. scilicet mychahel. gabri
el. raphahel. patrem et filium et spiritum